

per gubernata fuit ab uno visibili capite, nempe à Pontifice; sic etiam Ecclesia post mortem Christi: (Joan. 21, v. 17: *Pasce oves meas.*) 4. Sicut Synagoga habuit sua sacramenta, sacrificia, et alias ceremonias ad cultum Dei pertinentes; sic etiam habet Ecclesia.

5. Sicut Synagoga fuit visibilis, quod externam possum gubernationem, et invisibilis, quod internam fidem; ita etiam Ecclesia.

Hic notandum est, sicut Synagoga fuit figura Ecclesie, ut jam dixi, ita Moyses fuisse figuram Christi. Est autem multiplex analogia inter utramque. Primo, uterque natus est in aliena terra: Moyses in *Egypto*; Christus in Bethlehem. 2. Moyses positus est in fiscalia; Christus in presepio. 3. Rex Pharao persecutus est Moysen, et reliquos infantes Hebreorum in *Egypto*: Herodes persecutus est Christum et reliquos infantes in Bethlehem. 4. Moyses eduxit populum ex servitute *Egypti*: Christus ex servitute diaboli. 5. Moyses duxit populum per mare Rubrum: Christus per baptismum. 6. Moyses fuit mediator veteris Testamenti: Christus novi. 7. Moyses dedit legem veteram: Christus novam sev. Evangelicam. 8. Moyses antequam daret legem, jejunavit quadraginta diebus: Christus similiter. 9. Moyses accepit sponsam *Aethiopissam*; Christus sponsam Ecclesiam de qua scriptum est, *Nigra sun, sed formosa*. 10. Moyses instituit septuaginta seniores: Christus septuaginta discipulos. 11. Moyses misit duodecim exploratores in orbem universum: Christus duodecim apostolos in orbem universum. 12. Moyses per virginam suam fecit magnum miraculum: Christus majora per lignum crucis.

**QUESTIONE IV.** — *An Synagoga fuerit tunc perfecta, quia Ecclesia Christi?* — Respond.: In multis fuit imperfectior. Primo, Synagoga fuit ancilla: Ecclesia est domina, Galat. 4, v. 51: *Non sumus ancille filii, sed liberae.* 2. Synagoga quia erat ancilla, fuit repudiabilis: Ecclesia cum sit domina, nunquam repudiabilis. De illa dictum est Galat. 4, v. 50: *Ejus ancillorum et filium ejus.* De hoc vero, Isa. 54, v. 5: *Noi timere, quia non confunderis, neque erubesces.* 5. Synagoga habuit prophetas et sacerdotes, per quos Deus populo loquebatur; Ecclesia habet ipsum Filium dei incarnationem, qui in proprio persona locutus est nobis. (Hebr. 1, v. 2.) 4. Synagoga accepit à Moysi maxima legem precepientem, Ecclesia accepit à Christo legem precepientem et gratiam adjuvantem. (Joan. 1, v. 17.) 5. Synagoga fuit exigua, et intra Palestina terminos comprehensa: Ecclesia est catholica, et toto orbe diffusa. (Marc. 16, v. 15; et Rom. 10, v. 18.) 6. Synagoga non fuit mater omnium fidelium, sed tantum aliquorum, qui multi fideles extra Synagogam salvabantur, ut Ninivite, de quibus Matth. 12, v. 41. Ecclesia est mater omnium fidelium, et nemo extra illam salvari potest. Hoc pulchre ostendit Aug. lib. de Unit. Eccles., cap. 19, omni sit: « Ad ipsam salutem vitam eternam nemo pervenit, nisi qui habet caput, Christum. Habere autem caput Christum nemo poterit, nisi qui in eius corpore fuerit, quod est Ecclesia. » Quod etiam variis rationibus confirmat

ser. 181, de temp. 4. Quia in sola Ecclesia immolatur hostia Salvatoris. 2. In sola vinea laborantes accipiunt mercedem donaria. 5. Omnes qui extra arcam Noe fuerunt, diluvio extincti sunt. 4. Membrum, quod non manet in corpore, vitam habere non potest. 5. Ramus praecisus ab arbore, non potest germinare. 6. Ritus à fonte separatus, exarcessit.

Alii hanc addunt: Christus est sponsus Ecclesie: at Christus non est adulter, nec generat filios ex adulterio. Ergo non generat filios, nisi ex sponsa sua Ecclesia. Nemo igitur filius Christi est, nisi matrem agnoscat Ecclesiam. Quòd spectat illud Cyprian lib. de Unit. Eccles.: *Non habet Deum Patrem, qui Ecclesiam non habet Matrem.* Quod etiam repetit Aug. lib. 4, de Symbolo ad Catechism. cap. 15.

## CAPUT VII.

DE MINISTRIS SYNAGOGÆ ORDINARIIS, QUI ERANT LEVITÆ, SACERDOTES ET PONTIFEX.

In statu naturæ, qui duravit ab Adamo usque ad Moysen, omnes primogeniti erant sacerdotes, et divino cultui peculiariter municipti. At in statu legis Mosaicæ, qui duravit à Moysi usque ad Christum, voluit quidem Deus omnes primogenitos sibi sanctificari (Exodi 13, v. 2); sed tamen in illorum locum, ex duodecim tribus Israel, elegit tribum Levi, et canopus divino servitio pro ceteris destinavit, iuxta illud Num. 3, v. 12: *Ego tuli Levitas à filiis Israel pro omni primogenito, qui aperi vultum in filiis Israel, eruntque Levites mei.* Et cap. 8, v. 6: *Tolle Levitas de meo filiorum Israel, et purificabis eos.* Et infra, v. 15 et seq.: *Statues Levitas in conspectu Aaron et filiorum ejus, et consecrabis oblatos Domino ac separabis de medio filiorum Israel ut sint mei. Et postea ingredientur tabernaculum foderis, ut serviant mihi.* Et iterum, v. 18 et 19: *Tuli Levitas pro cunctis primogenitis filiorum Israel, ut serviant mihi in tabernaculo, et orient pro eis, ne sit in populo plaga.* Porro in tribu Levi, tria hominum genera distinguui solent. Primo, Levite propriæ dicti. 2. Sacerdotes. 3. Summus Sacerdos seu Pontifex. Tamest enim omnes qui erant ex tribu Levi generatim vocati fuerint Levite, seu filii Levi; tamen, ex usu Scripturae, Levite propriæ dicti distinguibantur a sacerdotibus et Pontifice; nam illi soli vocabantur sacerdotes, qui offerebant victimas et sacrificia. Illi vero Levite, qui sacerdotibus ministerabantur. Inter sacerdotess, qui erat Summus, vocabatur Pontifex. De omnibus, ac potissimum de Pontifice auctoritate est hoc ordine. Primo, ex qua familiâ fuerit Pontifex? 2. Quae fuerit successio Pontificum? 3. Quo ritu consecrati fuerint Levite, sacerdotes et Pontifex? 4. Quod fuerit illorum officium? 5. Quo vestitu et ornatu fuerint usi? 6. Quos et quantos redditus habuerint. 7. An aliquando debuerint servare continentiam ab uxoriis? 8. Quanta fuerit illorum, et potissimum Pontificis auctoritas apud populum? 9. Quæ utilitas ex his omnibus colligi possit?

**QUESTIONE PRIMA.** — *Ex quâ familiâ fuerit Pontifex?* In tribu Levi erant multæ familie, quæ omnes servi-

tio divino destinabantur. Pontificatus, seu summus sacerdotum, secundum legendum ordinarium, erat in sola familia Aaronis. Habuit autem Aaron quatuor filios, Nadab, Abiu, Eleazar et Ithamar. (Num. 3, v. 2.) Hi omnes simul à Moyse consecrati sunt; Aaron quidem in summum sacerdotem seu Pontificem; filii ejus in simplices seu minores sacerdotes. (Exodi 29, per totum.) Duo primi, Nadab et Abiu, occisi sunt à Deo, quòd ignem alienam obtulissent (Lev. 10, v. 1), et sine liberis decesserunt. (1. Paral. 24, v. 2.) Reliqui duo, Eleazar et Ithamar, manserunt in officio sacerdotali, cum hoc tamen discriminis ut Eleazar succederet patri in pontificatu, non autem Ithamar; et rursus Eleazar succederet filius ejus primogenitus; et huic etiam primogenitus, et sic deinceps. Alii omnes essent simplices sacerdotes.

**QUESTIONE II.** — *Quae fuerit successio Pontificum.* — Aaron fuit primus Pontifex à Deo constitutus, et à Moyse consecratus cum iure successoris. (Ecclesiast. 45, v. 8.) Quod addo propter Moysen, qui fuit etiam Pontifex, et quidem ante Aaronem; sed extra ordinarius, et sine iure successoris. Nam filii Moysis non erant Pontifices, neque non sacerdotes quidem, sed tantum Leviti, qui serviebant sacerdotibus. (1. Paral. 25, v. 14.) Aaron successit Eleazar, filius ejus, cum pari potestate; et huic similiter Phineas, cui propter zelum divini honoris promisit Deus semperpetuum pontificatum, iuxta illud Num. 25, v. 15: *Erit tamen ipsi quoniam semini ejus pactum sacerdotii semperpetuum, quia zelatus est pro Deo suo, et expiavit scelus fūtorum Israel.* Et I Mach. 2, v. 5: *Phineas pater noster, zelando zelum Dei, accepit testamentum sacerdotii interni. Item repetit Eccl. 45, v. 28.*

Hic duo occurunt difficultates. Una, cur Deus promiserit Phineas et semini ejus pontificatum semperpetuum, cum ei deboretur iure successoris? Nam Phineas erat primogenitus Eleazari: primogenitus autem ex Dei ordinatione, succederet patri in pontificatu. Altera, quomodo haec promissio fuerit impleta, cum constet Heli et multis alios fuisse Pontifices, qui tamen non erant ex semini Phineas, sed ex familia Ithamar? — Ad priorem si respondeo. Ius successoris in eo consistebat, ut patri succederet filius primogenitus, si vivret. Si autem patre adhuc superstite, moreveretur primogenitus, tunc secundogenitus in eius locum subrogaretur. Itaque primogenitus nunquam erat certus se successorum patri in pontificatu, nisi mortuo patre. Nam illo vivo, non erat certus se victum patrem. Deus ergo, vivente adhuc Eleazar, promisit fore ut Phineas, qui erat primogenitus Eleazari, superest esset parenti suo, et ei in pontificatu succederet cum suis posteris, quod etiam factum est. Ad posteriorem duplex est responsio. Una, promissionem illam fuisse verè impletam, quia ius pontificatus semper mansit apud posterum Eleazari, et Phineas; tametsi usus illius juris aliquandò fuerit in familia Ithamar. Itaque posteros Eleazari et Phineas semper fuisse Pontifices de jure; posteros vero Ithamar fuisse aliquandò Pontifices de facto. Altera, pro-

missionem illam non fuisse absolutam, sed conditionatam, ac proprie, quamdiu servata est conditio, validam fuisse prouissionem: quando autem desit servari, revocata esse. Fuisse autem hanc conditionem, ut ius Pontificatus maneret apud posteros Eleazar et Phineas, quamdiu bene ac legitime ex fungentur: si seculis facerent, privarent illo jure. Peccisse autem secus, itaque privatos esse. Ego, salvo meliori iudicio, puto utramque prouisionem temperandam esse hoc modo. Duo spectari possunt in pontificatu. 1. Jus seu potestas ordinaria. 2. Usus seu exercitium. Jus absolutum promissum est Phineas et posteris ejus. Usus seu exercitium sub conditione, si non offendenter. Itaque posteri Phineas semper fuerunt Pontifices de jure; posteri vero Ithamar, fuerunt aliquando de facto (1).

Post Phineas in eadem linea successerunt hi tres, Abiathar, Boeci, Ozi. Deinde transitus est pontificatus ad posteros Ithamar; ac primus ad Heli, ut tradit Joseph, lib. 5 Antiq., in fine, et alii. Hie tria disputerent solent. 4. Quare haec translatio facta sit? — Respondeo, in pompa peccati et negligenti cultus divini. 2. Quamdiu manserit pontificatus in familia Heli? — R.: Usque ad tempora Salomonis, qui ejecit Abiathar, et assumpsit Sadoc (ut paulo post dicam). 5. Quis successerit Heli in pontificatu? — Resp.: Heli habuit duos filios sacerdotes, Ophni et Phineas. (1 Reg. 1, v. 5.) Uterque mortuus est ante patrem. (1 Reg. 4, v. 11.) Itaque neuter potuit illi in pontificatu succedere (2). Porro Ophni nullum legitur reliquum filium. Phineas reliquit duos, Achitob et Ichabod, posthumum. (1 Reg. 4, v. 21; et 1 Reg. 14, v. 5.) Achitob successit Heli aeo suo in Pontificatu, et aliis deinceps haec ordine: I. Heli, Pontifex et iudex. (1 Reg. 1, v. 5 et 4, v. 18.) II. Achitob, nepos Heli. (1 Reg. 14, v. 5.) III. Achias, filius Achitob, et sub Sauli. (Ibid.) IV. Achimelech, filius Achitob, et frater Achia. (1 Reg. 14, v. 5.), qui Davidi furenti dedit panes propositionis et gladium Goliath (1 Reg. 51, v. 6-9.), et ob eam causam a Sauli, cum aliis sacerdotibus, occisus est. (1 Reg. 22, v. 21.) V. Abiathar, filius Achimelech, qui evasit manum Saulis et fugit ad Davidem. (1 Reg. 22, v. 20.) Mansit in pontificatu usque ad tempora Salomonis. (3 Reg. 2, v. 27.)

Post Abiathar, iterum redit pontificatus ad familiam Eleazari et Phineas. Nam Salomon, ut insinuavi, electus Abiathar, proper conspirationem cum Adoniam

(1) Pro valor solem respirabatur, ut Pontifex constitueret sacerdotali esset familia: non enim Salomon duxtax, sed et Antiochus Epiphanes, Ariostobulus et Herodes legitimi Pontifices deposuerunt et alios intruserunt, qui et functiones pontificales exercire et a Synagoga ut tales agniti fueré, 2 Mach. cap. 4, Jos. lib. 15. Aut. cap. 2 et 5.

(2) Capita familiarium sacerdotialium, principes sacerdotum summi et primi sacerdotes, non omnium vocantur, quod notare juvat ob difficultates quasdam, hinc inde occurrentes, dum idem Pontifex plura hauiisse nomina, vel, quod magis torquet interpretaciones simili Pontifices fuisse videtur. Sic à quinquedam solvitur antilogia, Marc. 2, v. 26; 1 Reg. cap. 21, v. 4, etc.

factam, et in locum ejus subrogavit Sadoc, qui erat ex linea Eleazar. (5 Reg. 2, v. 27, 35.) Porro à Sadoc usque ad captivitatem Babyloniam, fuit hic ordo Pontificum, quantum ex Scripturis colligi potest: I. Sadoc ungitur in Pontificem sub Salomonem. (1 Paralip. 29, v. 22.) II. Achimaa, et III. Azarias, filii Sadoc. IV. Amarias, sub Josaphat rege. (2 Paralip. 19, v. 14.) V. Jojada, sub Athalia et Joss. (4 Reg. 12, v. 7.) Uxor ejus fuit filia regis Joram. (2 Paralip. 22, v. 11.) Mortuus est cùm esset annorum 150. (2 Paralip. 21, v. 15.) VI. Zacharias, filius Jojadae, sub fine regni Joss. (2 Paralip. 24, v. 20) qui jussu regis, à populo lapidatus est in atrio domini. (Ibid. v. 21.) VII. Azarias, qui reprehendit Oziam regem cō quod vellet adolere incensum super altare thymiamatis. (2 Paralip. 26, v. 17.) VIII. Urias, sub rego Achaz. (4 Reg. 16, v. 10.) IX. Azarias sub Ezechia. (2 Paralip. 51, v. 10.) X. Solna, sub eodem, contra quem propheta Isaías 22, v. 15, usque ad finem capit. XI. Elaciam, filius Hiecius, sub Manasse, quem Isaías cap. v. 20, predicti, loco Solna collocandum in pontificatum. XII. Holgias, sub Josiā. (4 Reg. 22, v. 4-8; item 23, v. 24.) XIII. Saraias, qui cum Sodeca regedutus est in captivitate Babyloniam. (4 Reg. 25, v. 18.)

Sub initium captivitatis, cum Saraias Pontifex duxit esset in Babylonem, successit illi Phassur, filius Emmer, qui Jeremiam vinxit in carcere. (Jeren. 20, v. 4.) An autem fuerit verus et legitimus Pontifex, merito a quibusdam dubitatur. Porro post captivitatem Babyloniam, primus Pontifex fuit Ioseph, filius Josedee, ex familia Eleazar, cum hæc successione: I. Ioseph, filius Josedee, sub Cyro et Dario (1 Esdræ 5, v. 2.), copit cum Zorobabel adificare templum in Jerusalem. (1 Esdræ 5, v. 2.) II. Joachim, filius Iosue. III. Eliasib, filius Joachim. (2 Esdræ 12, v. 10.) IV. Jojada, filius Eliasib. (Ibid.) V. Joathan, filius Jojadae. (Ibid.) VI. Jeddos, filius Joathan (Ibid., v. 11), qui ab aliis vocatur Jaddus. Hunc Alexander Magnus, Jerosolymam accedens adoravit, teste Josephi lib. 5, cap. ult. Cojus frater Manasses adificavit templum Samaritanum in Garizim apud eundem Joseph. lib. 11, cap. 7. VII. Onias I, Jaddi filius. VIII. Simon, filius Onias, cognomine Justus. (Joseph. lib. 12, cap. 5.) IX. Eleazarus, frater Simonis, qui petente Ptolomeo Philadelpho, misit in Aegyptum xxiii Interpretes, qui vetus Testamentum ex hebreo sermone in Graecum transluterunt. (Joseph. lib. 12, cap. 2.) X. Manasses Jaddi filius, Onias frater. (Joseph. lib. 12, cap. 5.) XI. Onias II, Simonis Justi filius, qui jam senior tributum Ptolomeo Evergete negavit. Unde multa mala fuisse concessa, nisi Iosephus, Tobias et sororis Pontificis filii, legationem suscepisset ad Ptolomeum. XII. Simon II, frater Onias II, de quo Joseph. lib. 12, cap. 4., sub fin., XIII. Onias III, filius Ioseph Simonis, ad quem rex Spartanius Arius misit legationem cum litteris. (1 Machab. 12, v. 20.) De hoc Onia, viro sanctissimo, multa habentur. (2 Mach. 5 et 4.) XIV. Jason, frater Onias, qui, vivente adhuc Onia, malis artibus ab Antiocho

rege Pontificatum obtinuit per triennium. (2 Mach. 4, v. 7.) XV. Menelaus, qui cùm non esset de genere sacerdotali (erat enim ex tribu Benjamini), Jasonem post tres annos de Pontificatu dejeçit, et sibi illum à rege decessi curavit. (1 Mach. 4, v. 24.) Sed cum promissas regi pecunias non solvere, iterum depositus est, subrogato in ejus locum Lysimacho. (2 Mach. 4, v. 29.) XVI. Lysimachus, Menelai frater, qui à populo interfectus est. (2 Mach. 4, v. 42.) XVII. Alcimus, ex familia Aaronis, qui merito Pontificatum amisit, cōquid ritibus gentilium se contumaciter set. (2 Mach. 14, v. 5.) XVIII. Mathathias, Macchabeorum pater, quem alii affirmant, alii negant fuisse Pontificem. Vide nostram Serar, in Commen. in lib. 1, Mach. cap. 2. XIX. Judas Macchabeus, Matthathiae filius, de quo Ioseph. lib. 12, cap. 17. XX. Jonathas, frater Judæ. (1 Mach. 12, v. 6.) XVI. XXI. Simon, Iuda et Jonatha frater. (1 Mach. 14, v. 20.) XXII. Joannes Hircanus, Simonis filius. (1 Machab. 16, v. 24.) Reliqui Pontifices, qui deinde secuti sunt, usque ad tempora Christi et apostolorum, ex profana historiâ petendi sunt. Nam in Scripturâ sacrâ nulla fit curum mentio. Solum ex Evangelio constat Annam et Caipham fuisse Pontifices, de quibus hic nihil dicendum est. Illud porro in hæc tota serie et successione Pontificum notari debet: generaliter fuisse legem seu ordinacionem Dei, ut nullus Pontificatus, nisi per mortem, defungetur; nec alius, priore auctio vivente, subrogari possit. Quæ tamen lex, præsertim quædam reges et principes seculares immisceruntur se rebus ecclesiasticis, aliquoties servata non fuit. 1<sup>a</sup> Sub Salomonem, qui ejecit Abiathar a summo sacerdotio, et subrogavit illi Sadoc. 2<sup>a</sup> Sub Antiocho rege, cuius auctoritate, primum quidem Onias pontificatus aitare compulso est: tunc Jason et Menelaus successivus substituti; denunt illi ipsi, de gradu iterum dejecti sunt. 5<sup>a</sup> Sub Herode, qui pro suo arbitrio posuit, et removit, quos voluit. Et quidem Antiochus et Herodes in hæc re abusi sunt potestate regiæ, et merito ab omnibus reprehenduntur. De Salomonem, reetende an securus fecerit, questio est; de quâ alibi.

**QUESTIONE III.** — *Quo ritu consecrati fuerint Levitas, sacerdotes et Pontifices?* — Tametsi Levita, sacerdotes, et Pontifex, iure successioni, haberent seu officia, non tam ponterant ea actu exercere, nisi prius certo ac legitime rite consecrati essent. Ritus consecrandi Levitas habetur Num. 8, v. 6. Et tria potissimum in expectanda sunt: 1<sup>a</sup> Purificatio; 2<sup>a</sup> Consecratio; 3<sup>a</sup> Applicatio ad usum ministerii. Purificatio fiet duobus modis: 1<sup>a</sup> Lotione totius corporis; 2<sup>a</sup> Oblatione sacrificii pro peccato. Consecratio perficiatur hoc ordine: 1 Post lotionem, Pontificis ornata pontificale, et sacerdotes sacerdotali inducebantur; 2<sup>a</sup> Pontificis ungebatur oleo unctionis in capite, non item sacerdotibus; 3<sup>a</sup> Tunc pontificis, quā sacerdotibus, in extremo auricula dextra, et similiiter in pollice manus ac pedis dextri, tingebantur sanguine arietis immolati; 4 Non solum Pontificis et sacerdotibus, sed etiam vestes eorum, sanguine arietis et oleo unctionis aspergebantur. Denique multa ex canistro parum, et ex arietâ immolato, dabant illi in manus, ut et levarent coram Domino: quo signo, non solum dabatur illi potestas sacrificandi, sed similiter applicabantur ad usum ministerii, quod potissimum consistebat in sacrificando. Ceterum, ut major esset solemnitas lusionis actionis, triplex in ea sacrificium offerebatur: 1<sup>a</sup> Victimæ in hostiam pro peccato; 2<sup>a</sup> Aries unus in holocaustum; 3<sup>a</sup> Aries alter in hostiam pacificam. Igitur tota series actionis procedebat hæc modo et ordine: 1 Aaron et filii ejus, qui erant consecranti, publicè coram toto populo aduecebantur ad tabernaculum, et ibi lavabantur aqua; 2<sup>a</sup> Aaron inducatur habitu pontificali, et super caput ejus fundebatur chrisma, seu oleum unctionis; 3<sup>a</sup> Filii Aaron inducabantur habitu sacerdotali; non tamen fundebatur oleum unctionis super capita illorum; 4 Adduecebantur ad ostium tabernaculi vitulus et duo arietes; et praeterea affrebantr panes azymi in canistro, cum quibusdam aliis ad eum-

corporis, et lotio vestimentorum, non solum in purificatione Levitarum, sed etiam in expiatione leprosum adhuc solita erat. (Levit. 14, v. 8.) Diverso tamen modo. Nam leprosi idœ radebant pilos capitis, barbe, superciliorum, et totius corporis, et lavabant vestimenta, ut nihil apud se haberent in qua lepra posset fovari aut occulari: Levite verò, ut per illam externam mundationem monerentur se interiori ab omni leprâ spirituali purgatos esse opertore: nec Deum minus abhorree ab iis ministris, qui animo ac mente inquinati, quām homines ab illi, qui leprâ corporali infeci sunt. Post peractam hanc purificationem Levitarum, sequebrat eorum consecratio, que in consistebat, quod Aaron accepit eos a filiis Israel, loco primogenitorum, et offeret illos Deo in ministerium tabernaculi, et pro illis oraret, ut bené fungenter suo officio. Hoc significant illa verba Num. 8, v. 11: *Offeret Aaron Leuitam, manus in conspectu Domini a filiis Israël, ut servient in ministerio eis.* Et terum v. 21.... *Elevabit eos Aaron in conspectu Domini, et oravit pro eis.* Cum hoc modo iam essent consecrati, applicabantur ad usum ministerii, eo ipso quod introniterentur in tabernaculum foderis Domini, juxta illud: *Ut purificati ingredierentur ad officia sua in tabernaculum coram Aaron et filiis ejus.* Hoc de Levitis.

Ritus consecrandi Pontificem et sacerdotes, quo usus est Moyses in consecratione Aaronis et filiorum ejus, habetur Exod. 29, et Levit. 8 per totum. In quo etiam tria spectari debent: 1 Purificatio Pontificis et sacerdotum; 2 Consecratio; 3 Applicatio ad usum ministerii. Purificatio fiet duobus modis: 1<sup>a</sup> Lotione totius corporis; 2<sup>a</sup> Oblatione sacrificii pro peccato.

Consecratio perficiatur hoc ordine: 1 Post lotionem, Pontificis ornata pontificale, et sacerdotes sacerdotali inducebantur; 2<sup>a</sup> Pontificis ungebatur oleo unctionis in capite, non item sacerdotibus; 3<sup>a</sup> Tunc pontificis, quā sacerdotibus, in extremo auricula dextra, et similiiter in pollice manus ac pedis dextri, tingebantur sanguine arietis immolati; 4 Non solum Pontificis et sacerdotibus, sed etiam vestes eorum, sanguine arietis et oleo unctionis aspergebantur. Denique multa ex canistro parum, et ex arietâ immolato, dabant illi in manus, ut et levarent coram Domino: quo signo, non solum dabatur illi potestas sacrificandi, sed similiter applicabantur ad usum ministerii, quod potissimum consistebat in sacrificando. Ceterum, ut major esset solemnitas lusionis actionis, triplex in ea sacrificium offerebatur: 1<sup>a</sup> Victimæ in hostiam pro peccato; 2<sup>a</sup> Aries unus in holocaustum; 3<sup>a</sup> Aries alter in hostiam pacificam. Igitur tota series actionis procedebat hæc modo et ordine: 1 Aaron et filii ejus, qui erant consecranti, publicè coram toto populo aduecebantur ad tabernaculum, et ibi lavabantur aqua; 2<sup>a</sup> Aaron inducatur habitu pontificali, et super caput ejus fundebatur chrisma, seu oleum unctionis; 3<sup>a</sup> Filii Aaron inducabantur habitu sacerdotali; non tamen fundebatur oleum unctionis super capita illorum; 4 Adduecebantur ad ostium tabernaculi vitulus et duo arietes; et praeterea affrebantr panes azymi in canistro, cum quibusdam aliis ad eum-

ante citatis: *Septem diebus consecratio manus eorum.* Dices: indè non sequitur, quotidie omnes ceremonias fuisse repeatas, sed tantum aliquas. Fatoe, non sequi evidenter, sed solum probabiliter. Et id, prater duas expositiones, jam allatas, potest dari tertia, quæ sit media inter utramque. Nimisrum, quid tota consecratio, cum omnibus ritibus ac ceremoniis primo die fuerit integræ absoluta: et postea per sequentes dies aliquæ tantum ceremonias fuerint repeatitæ; presertim haec quatuor: 1<sup>a</sup> Uincio manuum sacerdotum; 2<sup>a</sup> Immo-

latio vituli; 5 Mundatio altaris; 4 Uncio altaris. Nam harum peculiaris fit mentio Exodi 29, v. 35. Vide Corneliu ibid.

Queres secundum, quare tot ceremoniae adhibitae fuerint in consecratione Pontificis et sacerdotum? Respondeo. Tres cause assignari possunt. Una ex parte officii sacerdotalis: altera ex parte ipsorum sacerdotum: tertia ex parte populi seu subditorum. Igitur prima causa est, quia Deus, per tot ritus, ceremonias ac solemnitas, voluit ostendere prastantiam, dignitatem et sanctitatem officii sacerdotalis; et quod nemo ad officium tam sanctum ac divinum debet accedere, nisi prius à Deo speciatim electus, et publicè coram populo in hunc finem esset consecratus. Hinc gravissime puniti sunt, qui ingesserint se in officium sacerdotale, cum non essent consecrati. Exemplum habemus in Cor., Jerome et Ozia. Corre vivus à terra absorptus est (Num. 16, v. 51 et seq.) Jerome manus repente exaruit (5 Reg. 15, v. 4) Ozias lepræ percussus est. (2 Paralip. 26, v. 19.) Secunda causa est, ut ipsius Pontifices et sacerdotes ex illis ritibus ac ceremoniis caperent duplicitem utilitatem. Primum quidem, ut meminissent se debere esse sanctos et puros coram Domino, qui ad tam sanctum et purum ministerium electi à Deo et consecrati essent: et sane tantò majorem sanctitatem ac puritatem ab ipsis, quam à populo requiri, quantò ipsi, quam populus, in sanctiori gradu ex statu essent collocati. Secundò, ut in adversitatibus et periculis, quia sépè occurruerint in tali officio, possent scipiosi solari et erigere. Nam sicut illi qui presunt alii in rebus temporaliibus, sapient vel à suis subditis, vel ab hostiis affliguntur: sic multò magis contingit illi, qui in cura animarum principatum tenent. Hoc in veteri Testamento experti sunt Aaron. (Num. 16.) Zacharias, (2 Par. 24, v. 11.) Azarias, (2 Paral. 26, v. 17.) Et in novo apostoli, Matth. 10, v. 22: *Eritis odio omnibus propter nomen meum.* Et nominatum S. Paul. 2 Cor. 11, v. 23, 25.... *In laboribus plurimi, in carcere abundantis, in plagiis supra modum, in moribus frequenter.* Ter virgus causus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, etc. Cum ergo humiudi viri tot miseris expositi sint, necesse est ut habeant aliquid quo se solent non oneri succumbant. Id in veteri Testamento factum est per sollemnes ritus ac ceremonias, quibus sacerdotes et pontifices ex mandato Dei consecrabantur. Nam inde certò illi constabat, se à Deo specielius electi ac designatos esse, ut in tali officio Deo ministrarent; ac proximè ut omnia adversa, qua tali officio annexa essent, libenti ac forti animo sustinerent. Ex quo uterius facili sibi persuadebant, quidquid ratione vocations acerbum ac modestum eveniret, non nisi in bonum exitum, divinæ ordinatione cessurum. Simile est in novo Testamento. Tertia causa est, ut etiam subditæ et tali ceremoniarum solemnitate fructus aliquem percepissent. Qui quidem fructus erat duplex. Alter, quid ex publicâ consecratione certò agnoscerent suos pastores, quibus ipsorum salus commissa esset. Alter, quid scirent quantum honorem et reverentiam propter sanctitatem officii

prestare illi oportere. De quo puncto alibi iterum dicendum est. Ille etiam appetat analogia veteris ac novi Testamenti. Nam sicut in veteri, nemo poterat exercere officium sacerdotale, nisi à Deo vocatus et à Pontifice solenni rite consecratus esset; sic etiam fit in novo. Quod disertè asserit apostolus Hebr. 5, v. 4: *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron,* id est, sicut Aaron vocatus est. Ubi per vocacionem intelligit etiam consecrationem. Ritus autem qui in novo Testamento usurparunt sunt vari. Nam aliqui habent ex Scripturâ, ut impositio manu Episcopi. (4 Tim. 4, v. 14, et 2 Tim. 1, v. 6.) Alii ex traditione apostolorum, ut uncio, teste Dionys. Areop. cap. 4, de hierarchia eccles. (1.) Alii ex usu et praxi Ecclesiæ, ut multi ex iis, quorum fit mentio in Pontifici.

Solent Lutherani et Calvinistæ ridere unctionem sacerdotalem, que usurparunt à Catholicis, tanquam ceremoniam Judaicam, ac prouinde minime tolerandam. Sed temerè: primo, quia impositionis manuum non minus fuit usitata à Judeis, quam uncio. Si ergo impositionis manuum potest tolerari, et re ipsa ab apostolis tolerata et usurpata est, cur etiam uncio tolerari et usurpari non possit? Deinde, aliud est, ut aliqui ex ceremoniâ, quâ usi sunt Judei; aliud, ut ad eum finem ad quem usi sunt Judei. Nos prius facimus, non posterius; v.g., utebantur ipsi ablatione aquæ ad abstergendas immunnditiam legalem; nos etiam uitum ablutione aquæ in baptismo, sed ad abstergandas maculam peccati originalis. Similiter, utebantur ipsi impositione manuum, unctione olei, pane sanctificato, aquâ illustrationis, quibus etiam nos uitum: sed alium ipsi, alium nos finem et intentionem habemus. Ipsi erant in umbrâ, nos in luce sumi. Illi Christum venturum praefiguravimus; nos presentem honoramus. Vide Bellarm. de sacram. Ordin. c. 14, in fine.

Queres tertio, an, quotiescumque post Aarone facta fuit consecratio alicuius Pontificis, semper adhibebita sint omnes ceremoniae, quæ in consecratione Aarons adhibebita sunt: ministrum lotio, ornatum, uncio in capite, tinctio, aspersio, sacrificium et solemnitas septem dierum? Non videtur id factum esse in consecratione Eleazari, qui proximè successit Aaroni. Nam nihil aliud in eâ factum est, quam quidem in monte Hor induerit vestem pontificalem, quâ usi fuerat Aaron, et cum eâ descendenter ad populum. (Num. 20, v. 26.) In hac difficultate sunt tres opiniones. Prima, quod Eleazar ex speciali Dei voluntate ac dispositione factus sit Pontifex, sine solenni rite consecrationis, per solam assumptionem vestis pontificalis. Altera, quid ritus consecrationis verè adhibitus sit non quidem in monte Hor (propter defectum tabernaculi, quod manserat in inferiori loco, in medio castrorum), sed postea, cùm ex monte rediisset ad tabernaculum; vel certò cùm expugnasset et occupasset ter-

(1) Hodieum erudit penè omnes libros illos J. Diaconi abjudicant, censentque eorum, auctoren non vixisse ante seculum V. Vide Danes, *Notio temporum*, cum notis Paquet.

ram duorum regum Amorrorum; vel denique cùm post transiit Jordanis venissent per terram promissionis. Tertia, quod non opus fuerit adhibere totam solemnitatem, sed solam unctionem et ornatum pontificalem. Ratio est, quia Eleazar jam antè sollemnem ritu consecratus fuerat sacerdos, cum tribus fratribus et Aarone patre. Ergo jam adhibebita fuerant omnes ceremonie, quæ erant communis sacerdotibus et Pontifici: ergo solum necesse erat, eas adhibere, hinc autem erant duas tantum, nempe uncio in capite, et assumptione ornamenti pontificis. Ultraq[ue] potius adhiberi in monte Hor. Et de altera quidem constat; de altera verò credibile est adhibitam fuisse. Ego, salvo meliori iudicio, sic sentio: Primo, ex precepto divino necessarium fuisse, ut quicunque Pontifex crearetur, septem diebus, manseret in tabernaculo, in habitu pontificali. Secundò, ut ungenter oleo unctionis in capite. Tertiò, ut pollex extansus manu ac pedis, itemque extremum auricule, tingeretur sanguine arietis immolati. Hec tria colliguntur ex verbis Exod. 29, v. 29: *Vestem autem sanctam, quâ utetur Aaron, habebebit filii ejus post eum, ut angant in eâ, et consecrarent manus eorum.* Nec dubito quin servata sint in consecratione Eleazari, tametsi Scriptura expresse id non dicat. De loto ne nihil certi definiiri potest.

**QUESTIONE IV.** — *Quod fuerit officium Pontificis et sacerdotum?* — Respondeo. Pontifex habebat quadam officia communia cum aliis sacerdotibus; quedam sibi propria ac peculia. Communia erant hæc deinceps: Primum, offerre victimas, seu sacrificia super altare holocausti (Levit. 4, v. 2-5); 2. In eodem altari, in usum sacrificiorum, aliæ seu nutrire perpetuum ignem, subiectando illi quotidie ligna (Levit. 6, v. 12); 3. Bis quotidie, id est, mane et vespere ponere et adolare incensum super altare thymiamatis (Exodi 30, v. 7-8); erant enim duo altaria legitima: unum holocausti, in quo victimæ seu sacrificia obferabantur; alterum thymiamatis, in quo aromata suavisissimi odoris incendiabantur: hoc aureum, illud aeneum; 4. Bis quotidie, affuso oleo olivarum, concinnare lucernas, quæ erant in candelabro aureo, juxta altare thymiamatis (Exodi 25, v. 37, et Levit. 24, v. 2); 5. Singulis sabatibus duodecim panes calidos ponere super mensam propositionis, et veteres inde removere ac comedere (Exod. 25, v. 50; et Levit. 24, v. 5-6-8); 6. Immolare vaccam rufam extra castra (Num. 19, v. 5); 7. Adjuvare mulieres in casu zelotypi (Num. 5, v. 18); 8. Discernerre inter lepram et lepram (Levit. 14, per totum); 9. Expire seu mundare leprosus, pauperes, menstruas et seminiferas (Levit. 14 et seq.); 10. Legem Dei scire, interpretari, et alias docere (Aegai 2, v. 12; et Malach. 2, v. 7.) Propria erant haec quatuor: Primum seuel in anno, nimis in solenni die expiationis seu propitiationis introire in Sanctuarium, seu in Sancta Sanctorum (Hebr. 9, v. 7); et instituere publicam expiationem totius populi, ab omnibus peccatis et immunditis toto anno contractis.

(Levit. 16, per totum.) Ubi notandum est, duplice fuisse expiationem in veteri Testamento: unam pri vatam et particularem, quâ vel leprosi, vel puerpera, vel alii qui habebant aliquam immunditam legalem, expiari solabant: alteram publicam et universalem, quæ tota multitudine seu Ecclesia Israelitarum mandabatur. Prior fletabat sepè in anno; posterior, de quâ hic agimus, semel dantaxat. Prior à quovis sacerdote; posterior à solo Pontifice. Prior extra Sanctuarium; posterior partim in Sanctuario, partim extra. Fiebat autem hoc ritu: 1<sup>o</sup> totus populus cessabat eo die ab omni opere servili, et jejunabat usque ad vesperam. 2<sup>o</sup> Pontifex lavabat se aqua, et induebat vestes pontificales. 3<sup>o</sup> Antequam inciperet publicam expiationem, premissemus tres alias, quæ tamen publica subserviebant. Unam sui ipsius et familiæ sue, oblatione vituli pro peccato, et artis in holocaustum; alteram tabernaculi et Sanctuarii, partim vapore seu nebula accensorum aromatum, partim septenâ aspersione sanguinis ex immolato vitulo et hircu. Tertiam altaris thymiamatis, sola aspersione sanguinis. His peractis, sequebar publica expiatio, hoc modo: Pontifex, qui ab initio miserat sortem super duos hircos, ut alter immolare pro peccato, alter vitius mittetur in desertum, hunc statuebat in conspicuâ multitudini, et positi utraque manu super caput ejus, confitebatur omnes iniuriantes et peccata filiorum Israel, eaque capiti adstantis hirci imprecabatur, et sic mittobam in desertum, quasi auferentem et portantem peccata totius populi. Unde et hircus seu caper Enisearius dictus est. Hæc omnia prolixè habentur Lev. 16, v. 21. Secundum officium Pontificis erat consecrare Levitas et sacerdotes, juxta eum ritum qui desribitor Exodi 29, Levit. 8, et Num. 8. De quo ritu superioris actum est. Hoc officium Pontificis designabatur per unctionem capituli, ut rectè notat D. Thomas in 1.2, q. 102, art. 5, ad 8. Et ratio est, quia sicut oleum unctionis, seu sacrum chrisma, quod effundebatur in caput Pontificis, defluebat inde ad alia membra, juxta illum Psalm. 152, v. 2: *Sicut uenguntur in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron;* sic potestas offerendi sacrificia et ministrandi in tabernaculo, à Pontifice, per legitimam consecrationem, descendente ad sacerdotes et Levitas, tanquam à capite, synagoge in membra inferiora. Tertium officium Pontificis erat in controversiis legalibus agere supremum iudicem, et pronuntiare ultimam sententiam, cui omnes sub ponâ mortis tenebantur obediens seu acquiescere. De hoc plura dicam cap. 11, ubi ex professo agetur de iudice controversiarum veteris Testimenti. Quarum erat, in robus gerendis, quæ majoris momenti essent, consulere Deum, et ab eo responsum accipere. Unde quotiescumque circa res gerendas aliqua dubitatione majoris momenti oriebatur, recurrendum erat ad Pontificem, qui consulabat Deum; et accepto ab eo responso, docebat alios quid faciendum esset. Erat autem duplex obligatio in hoc officio. Una eorum, qui volebant rem aliquam majoris momenti aggredi. Nam antequam hoc facerent,

tenebant accedere Pontificem, et ab eo consilium petere. Altera Pontificis, qui debet rem illam Deo proponere, et ab eo sciscitari, recte, an secus suscipi posset. Utroque obligatio colligitur ex illo Num. 27, v. 18 et seq. : *Dixit Dominus ad Moysen: Tolle Iosue filium Nun, virum in quo est Spiritus, et pone manum tuam super eum. Qui stabit coram Eleazaro sacerdote, et omni multitudine: et dabis ei præcepta, cunctis videtibus, et partem gloriae tuae, ut iudias cum omnibus Synagoga filiorum Israel. Pro hoc si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulat Dominum. Ad verbum eius egredietur et ingredieretur ipse et omnes filii Israel cum eo, et cetera multitudine.* Hac posteriora verba hinc spectant, quorum sensus est: Iosue, qui eritdux populi, non progeditur cum exercita, nec suscipiet bellum cum vicinis hostibus, necc ullam rem aliam magnum momentum aggreditur, nisi ad mandatum et directionem Eleazari Pontificis, qui in iugismodi casibus, quid faciem sit, a Deo sciscitabitur, et Iosue doindè certiorne faciet. Porro non solas Iosue, sed ali quoque principes ac reges, qui deinceps secuti sunt, hoc precepto obligabantur. Semper in negotiis arditi debeland recursero ad Pontificem, et arbitrio illius vel agere quidpiam, vel omittere. Et bene cum his actum est, qui hoc fecerunt; malè cum iis, qui neglexerunt. Exempla prioris generis sunt haec. Primo David rex cum intellexisset insidas sibi paratae a Saile, accessit Abiathar Pontificem, et per eum quiescivit à Deo, an tu posset esse in urbe Cœli? et an cives Cœli essent cum tradidit Saul? (1 Reg. 25, v. 9.) Secundò idem David alio tempore per emendat Pontificem consuluit Deum an debet perseguiri Amalekites qui spoliaverunt et succederant urbem Siccleg? (1 Reg. 30, v. 7-8.) Quod autem Davisi familiare fuerit, hoc modo interrogare Deum, patet 1 Reg. 22, v. 13. Porro Job pontifex accusatus apud Sailem quid ubi Achimelech adhuc reteret, et pro eo Dominum consuluisse, respondit regi: *Nam hodiè cepi pro eo consulere Deum? Quasi dicatis, scipius ante hac temporā id feci. Exempla posterioris generis sunt haec. Primo Iosue et ali principes filiorum Israel decepti sunt à Gabaonitis, eō quod fodus cum illis paci essent, non consulto prius per Pontificem Deo. (Iosue 9, v. 14.) 2 Saul elatus victoriā, et prefusis suis viribus, cūm vellet, inconsulto Deo, Philisteos persequi, monitus a Pontifice est, ne id faceret: et cūm postea consuluisse Deum, nullus responsum ab eo impetravit. Itaque non potuit ut victoriā, sicut nūmo destinerat. (1 Reg. 14, v. 56-57.) 3 Filii Israel pugnati cum Benjamitis, consuluerunt quidem Deum per Pontificem, sed tamen quia magis confidebant suis copiis quam Dei oracio, multi ex iis cesi ac fugati sunt (Judec. 2, v. 22.)*

Quares, quo modo vel ritu solius fuerit Pontifex consulire Deum in iugismodi casibus? Resp. Alter Moyses, alter ali Pontifices soliti fuerint id facere. Moyses ingressus tabernaculum foderis, facie ad faciem cum Deo loquebatur, sicut solet homo cum amico loqui. (Exod. 33, v. 11.) Alii Pontifices, qui

postea secuti sunt, indui ephod, loquebantur cum Deo, non quidem facie ad faciem, sed aliquo alio pecculari modo; qui tamē apud auctores et interpretes non satis compertus est, ut latius dicam in seq. q. 5.

**QUESTIO V.** — *Quo vestiti et ornati usi sunt sacerdotes et Pontifices?* — Levite non habebant sacram ornatum, sed soli sacerdotes et Pontifices. Nec tamē illo utebantur, nisi eo tempore, quo in tabernaculo vel templo ministrabant. Erant autem octo ornamenti Pontificis: 1<sup>a</sup> Feminalia linea, 2<sup>a</sup> vestis linea, 3<sup>a</sup> telus seu cingulum, 4<sup>a</sup> tunica hyacinthina, 5<sup>a</sup> Ephod, seu superhumeralis, 6<sup>a</sup> rationabili judicii, 7<sup>a</sup> cedars seu tiara, 8<sup>a</sup> lamina aurea. De his agitur Exod. 28, per totum. Et quidem quatuor ex iis erant propria Pontificis, et una tunica hyacinthina, Ephod, rationabili et lamina aurea: reliqua communia cum aliis sacerdotibus. De singulis aliqd dicendum est.

Igitur Pontifex, cum ad ministrandum accederet, primo loco induebat feminalia seu feminalia linea, ad operiendam carnem turpitudinem sue, à remissa usque ad femora, ut loquuntur Scriptura: (Exod. 28, v. 42.) Eran autem haec feminalia veluti calige quadam, quas pedibus inserta (ut sit Josephus) quasi dimidiatis bracis ad illa constringebat. Aliqui putant ex hyso rotarum fuisse confecta. Nobis sufficit quod à Moyse linea appellentur.

Post feminalia, proximè induebat tunicam lineam, que duplice nomine fuit appellata. Primo, linea stricta. (Exod. 28, v. 4.) Secundò, subculca linea. (Levit. 8, v. 7.) Invenio duas causas cur stricta fuit appellata. Una est, quia ad eum strigebatur. Non enim erat laxa et ampla, sed quantitati corporis commensurata. Altera, quia balteo seu cingulo strigebatur. (Levit. 8, v. 7.) Probabile est, fuisse simile tunice Joab, de qua 2 Reg. 20, v. 8.... Porro Job vestitus erat tunica stricta ad mensuram nabitis sui; nisi quod habeat furet exterior, illa interior.

Hec vestis linea constringebatur balteo seu cingulo, inter umbilicum et pectus. De quo D. Hieron. ita scribit ad Fabiolam: *Hoc cingulum, in similitudinem pellis colubri, qui exiit senectutem, sic in rotundum textum est, ut marsupium longius putes. Textum autem est sub tegmine cocci, purpurā, hyacintho, et stamine bissimo, ob decorum et fortitudinem: atque ita pectus distinctum ut diversos flores ac gemmas, artificis monu non textus, sed additas arbitris.* Lineam tunicam, inter umbilicum et pectus, hoc strigebant balteo. Similiter habet Josephus lib. 3 Antiq. cap. 8.

Post balteum sequebatur tunica hyacinthina, qua erat per modum vestis taloris. In ejus finib⁹ inferiori per circuitum pendebant alternatim mala punica et tintinnabula aurea, ut ex eorum sonitu perciperetur ingressus et egressus Pontificis, quando intrabat vel exhibat Sanctuario (Exod. 28, v. 35.) Dicebantur autem mala punica, non quod reverè essent, sed quia ex hyacintho, purpurā et coco bis tincto, confecta erant instar malorum punicorum. (Exod. 28, v. 35.)

Super tunicam hyacinthinam erat Ephod, seu superhumeralis, quod tegebat humeros et anteriorum

partem usque ad cingulum. Erat autem contextum ex auro, hyacintho, purpurā, coco bis tincto, et hyso rotarum. In utroque laterē versus humeros habebat duos lapides onychinos auro inclusos: unum à dextris, alterum à sinistris; in quibus scripta erant nomina duodecim filiorum Israel; sex nomina in uno lapide, et sex in altero, iuxta ordinem nativitatis eorum. (Exod. 28, v. 9.)

In anteriori parte superhumeralis, ad pectus Pontificis, ligabatur rationales judicis. Hebrei vocant *hoien*, id est, pectorale. Graci *logion vel logion*, id est, rationale. Conficitur autem ex eadem materia quā Ephod, nempe ex auro, hyacintho, purpurā, coco bis tincto, et hyso rotarum; figurā, quadrangulum; densitate, duplex ad Ephod relatum; longitudine et latitudine, mensurā palmi. (Exod. 28, v. 16.) In hoc rationali erant duodecim lapides pretiosi, inclusi auro, et distincti per quatuor ordines: in quibus eam sculpta erant duodecim nomina filiorum Israel. (Ibid., v. 17.) Atque ita confectum et exornatum, catena aurea et fascis tam firmiter affigebatur superhumerali, ut à se invicem separari non possent. (Ibid., v. 28.) Porro in rationali posta erat *doctrina et veritas*, super pectus Pontificis. (Ibid., v. 18.) Hebrei *Urim et Tunim*.

In capite erat cedars seu tiara, id est, mitra quadam ex hyso confecta, cui affigebatur lamina aurea super frontem Pontificis, cum late inscriptione: *Sanctum Domini* (Exod. 28, v. 56 et seq.). Sie enim loquuntur textus: *Facies et lamina de auro purissimo: in quā sculpsis opere cœtiarius: Sanctum Domini. Ligabique eam vīti hyacinthina, et erit super tiaram, immunita fronti Pontificis.*

Quares 1<sup>a</sup> quid significaverint ornamenta Pontificis? D. Th. 4-2, q. 102, art. 5, ad 10, adiutor duas significations: unam litteralem, alteram mysticam. Secundum litteralem, inquit, ornamenta Pontificis designabant dispositionem huius mundi, hoc modo: 1<sup>a</sup> feminalia linea, et vestis linea, significabant terram, ex qua finum nascitur; 2<sup>a</sup> Balteus, Oceanum, qui cingit terram. 3<sup>a</sup> Tunica hyacinthina, aeron qui hyacinthini coloris est. 4<sup>a</sup> Tintinnabula illius tunicae, utrura aeriis. 5<sup>a</sup> Mala punica, coruscationes quae flum in aero. 6<sup>a</sup> Ephod seu superhumeralis, columnam sidereum. 7<sup>a</sup> Duochini, duo hemisphaeria, ve certi solēs et Iamam. 8<sup>a</sup> Duodecim gomme in pectoro, duodecim signa Zodiaci. 9<sup>a</sup> Tiara, colum empyreum. 10<sup>a</sup> Lamina aurea, Deum omnibus presidente. At mystice designabant virtutes quae debent esse in Pontifice. Ac primō, feminalia linea significabat castitatem: vestis linea, puritatem vite: cingulum, discretionem: tunica hyacinthina, celestem conversationem: tintinnabula aurea, sanam doctrinam: mala punica, bonos mores: superhumeralis, sollicititudinem pro fidelibus: tiara in capite, rectam intentionem: lamina aurea in fronte, memoriam ac recordationem Dei. Hæc ex D. Thomā,

Alli non male de Christo interpretantur. Nam ille fuit verus ac primarius Pontifex, cujus typum gesse runt Aaron et successores ejus. In illo perfectissimè fuerunt omnes virtutes per ornamenta Pontificalia designate. Ille suis humeris portavit duas gemmas, id est, pretium redemptiois duorum populorum, Judæorum scilicet et gentilium. Ille in suo pectore insculpta habuit nomina electorum. Ille quācumque incessit, ex strepitu predicationis evangeli, et suavissimo virtutum odore, percipi potuit ac observari.

Quares 2<sup>a</sup>: An solus Pontifex unus fuerit Ephod seu superhumerali? Ratio dubitandi est, quia legimus alias quoque, prater Pontificem, uses esse, nempe Levitas, sacerdotes, reges. Nam de Samuele, qui erat Levita, sic habemus 1 Reg. 2, v. 18: *Samuel autem ministrabat ante faciem Domini, puer, accinctus Ephod linea.* De sacerdotibus 1 Reg. 22, v. 18. *Doeg Idumas irruit in sacerdotes, et trucidavit in die illa octoginta quinque viros vestitos Ephod linea.* De David rege 2 Reg. 6, v. 14: *David..... saltabat totis viribus ante Dominum, accinctus Ephod linea.* Resp. Duplex fuit Ephod seu superhumeralis in veteri Testamento. Unum contextum ex auro, purpurā, hyacintho, coco bis tincto, et hyso rotarum. Alterum simplex, lineum, candidum. Prior solus Pontifex utebatur, posteriori ali. Ita D. Hieron. in epist. 127 ad Fabiolam, et epist. 42 ad Marcellinum; Abulensis lib. 4 Reg. cap. 22, q. 27; Riberi lib. 5 de Templo, cap. 10, et ali passim.

Quares 3<sup>a</sup> in quem finem solitus fuerit Pontifex gestare Ephod? Ex Scripturā constat in tribus casibus solitus esse gestare. Primo, in consecratione; quando enim, mortuo Pontifice, aliis subrogabatur, necesse erat solemnī ritu eum consecrari, quod fiebat assumptione habitus pontificalis, et uncione capitis (Exod. 29, v. 29); 2 in ingressu Sanctuarī, quando sacrificabat et deprecabatur pro populo (Exod. 28, v. 29); 5 Quando consuluit Deum in rebus dubiis. De hoc casu potissimum hic agimus. Igitur notandum est in veteri Testamento fuisse tres modos consulendi Deum in rebus dubiis, et accipiendo ab eo responsa: 1 Per visiones et somnia; 2 Per sacerdotes; 3 Per prophetas: hoc colligitur ex illo, 1 Reg. 28, v. 6: *Consuluitque (saec) Dominum, et non respondit ei, neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per prophetas.*

Modus consulendi per sacerdotes (de quo solo hic agimus) sic habebat: Rex aut princeps, aut populus Israhælitarum, si quando dubitabat quid in rebus magis momenti agendum sila esset, jubebat adire Pontificem seu summum Sacerdotem, qui indutus Ephod consulebat pro ipsis Deum. (Num. 27, v. 21). Ejus rei varia exempla aliata sunt quest. præced. Nihilominus supersunt quedam dubia, quae hoc loco discuti possunt. Ac primō queritur, an is qui per Pontificem consulebat Deum debuerit in propriā persona præses esse Pontifici? Respondetur: Talem, sicut absens poterat agere cum propheta, sic etiam potuisse cum Pontifice. 2 An immediatè suam questionem posuerit Pontifici? An Deo coram Pontifice? Respondetur: Proposuisse immediatè Pontifici, et Pontifice Deo. Ita plures sentiunt. 3 An haec oratio debuerit

fieri coram Arca? Resp. Fiebat coram Arca, si adesset; secus, si abesset. 4 Quomodo Deus solitus fuerit dare responsa Pontifici interroganti? Resp. Auctores dissentient. Aliqui putant per Angelum vocē humānā loquentem; alii per occultum Spiritū sancti revelationem; alii per shedulam; alii, inter quos Josephus, per splendorē gemmarum seu lapidum, qui erant in rationali supra pectus Pontificis. Hoc sic explicant. Si lapides seu gemmae plus solito splendescerent, sicut gnum era feliciter successum: si minus solito, male successum: si nec plus ne minus, sed more naturali splendescerent, signum erat Deum non velle responderem. Et sic putant accidisse, quando Saul consuluit Deum per sacerdotem.

Ultimō queri potest, quando cessavit hic modus consulundi Deum per Pontificem et accipiendo ab eo responsa? Abulensis putat cessasse ex tempore quod inter Alexandrum Magnum et Machabeos intercesserit. Genebrardus, ex tempore quo Joas rex occidit optimū Pontificem Zachariam. Alii denique, ab initio captivitatis Babylonicae, quando sacrificium cessavit. Nam verisimile est, Iudeos propter sua peccata, uno eodemque tempore, et oraculo et sacrificio spoliatos fuisse, quod contigit ad initium captivitatis Babylonicae. Quo videtur spectare illud Osee 5, v. 4: *Dies multos sedebunt Israel sine re, et sine principe, et sine sacrificio, et sine altari, et sine Ephod, et sine Thera-phim*.

**QUESTIO VI.** — *Quos et quantos redditus habuerint sacerdotes et Pontifices?* — Sic Deus ex xii tribubus Israel elegit unam pro divino servitu, ut supra dictum est, nempe tribum Levi, in qua erant Levite, sacerdotes, et Pontifices: sic eadem tribum, tanquam sili peculiariter mancipata, voluit in suam curam suscipere, et de ceteris redditibus patrem illi providere, iuxta illud Num. 18, v. 20: *Disputa Dominus ad Aarō: In terra eorum nihil possidebitis nec habebitis partem inter eos: ego pars et hereditas tua in medio filiorum Israel.* Ille etiam postea factum est, ut in divisione terre promissionis, singula tribus accepissent suam portionem, excepta tribu Levi, que per reliquias tribus dispergebatur. Porro Deus in stipendum pro ministerio, liberaliter illos concessit, quae sequuntur: 1<sup>a</sup> Ut haberent quadrangula octo urbes cum agri suis, ad pastum jumentorum (Num. 33, v. 2-7); 2<sup>a</sup> Ut aliam tribum decimam alescerent; 3<sup>a</sup> Ut acciperent primicias; 4<sup>a</sup> Ut haberent oblationes quae fiebant a populo. De his singulari breviter agendum est.

Igitur urbes quadrangula octo erant haec: 1<sup>a</sup> Hebron; 2<sup>a</sup> Loba; 3<sup>a</sup> Jether; 4<sup>a</sup> Esthene; 5<sup>a</sup> Holon; 6<sup>a</sup> Dabir; 7<sup>a</sup> Ain; 8<sup>a</sup> Jeta; 9<sup>a</sup> Bethsames; 10<sup>a</sup> Gabaon; 11<sup>a</sup> Gabae; 12<sup>a</sup> Anat hot; 13<sup>a</sup> Almon; 14<sup>a</sup> Sichem; 15<sup>a</sup> Gazer; 16<sup>a</sup> Sibsaïm; 17<sup>a</sup> Bethor; 18<sup>a</sup> Eltheo; 19<sup>a</sup> Gabathon; 20<sup>a</sup> Ajalon; 21<sup>a</sup> Gethremmon; 22<sup>a</sup> Taphach; 23<sup>a</sup> Gethremmon; 24<sup>a</sup> Gaulon; 25<sup>a</sup> Bosra; 26<sup>a</sup> Ceson; 27<sup>a</sup> Dabereth; 28<sup>a</sup> Jaramoth; 29<sup>a</sup> Enganim;

(4) Adi ceterum, si habet, Will. Smits, qui fusé de his omnibus disserit T. II in Exodum.

est, ut custodias et distributas filii tuis sacerdotibus: sicut mox eod. v. sequitur: *Omnia quae sanctificant à filiis Israel traditi tibi et filiis tuis, pro officio sacerdotali legitima sempernta.* Quòd etiam spectat illud 2 Esdræ, 10, v. 58... *Levitice offertum decimum partem decime sue in domo Dei nostri, ad gasophylacium in dominum thesauri, id est, ut custodiatur in gasophylacio, et inde sacerdotibus suo tempore distributatur.*

Igitur summa omnium haec est. Tribus Levi, quae tota erat divino servitio consecrata, accipiebant decimas ab aliis tribibus, quae erant laice. Porro, cùm in tribu Levi essent tria hominum genera, nempe Levite proprii dicti, sacerdotes et Pontifex, Levite ex suis decimis dabam iterum decimas Pontifici et sacerdotibus, quia hi in altiori gradu et ordine serviebant Deo, quam Levite; ac prōinde sicut plus honoris, sic etiam plus bonorum temporalium pro sustentatione illi debebatur. Pro majori explicatione eorum quae dicta sunt, notandum est, apud Hebreos fuisse tria decimatum genera. Primum carum, quas certe tribus singulis annis tenebant dare tribi Leviticæ pro sustentatione. De his jam dictum est. Alterum earum, quas singuli patres-familias debebant quotannis apud se servare, et postea cum Levite comedere in loco ubi erat tabernaculum vel templum, idque tribus anni temporibus: nempe in Paschæ, Pentecoste, et festo Tabernaculorum. De his intelligendum est illud Deut. 14, v. 22-25: *Decimam partem separabis de fructibus fructibus tuis, qui nascentur in terra per annos singulos, et comedes in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegieris, ut in eorum monili invocetur, etc.* Tertiū earum, quas tertio anno singuli separare debebant in propriis domibus, et cum Levitis peregrinis, pupillis et viduis communicare, iuxta illud Deut. 14, v. 28-29: *Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus que nascentur tibi ex tempore: et respondes intrā iunias tuas. Venientque Levites, qui aliam non habet partem, nec possessionem tecum, et peregrinus, ac pupilli et vidua, qui intrā portas tuas sunt, et comedent et saturabuntur: ut beneficiat tibi Dominus Deus tuus.* Et Deut. 26, v. 12: *Quando complveres decimam cunctarum frugum tuorum, anno decimaru tercio, dabis Levite et adevne, et pupillo, et vidua, ut comedant intrā portas tuas, et saturantur. Igitor Levite, tametsi omnium harum decimaru essent aliquo modo participes, tamen ex primo genere potissimum sustentandis, ut dictum est.*

DE PRIMITIS ET PRIMOCENTIIS. Soli sacerdotes et Pontifex, non autem Levite proprii dicti, accipiebant primicias et primogenitū a filiis Israel. Porro primitia solvabantur ter in anno, ut notat Lyranus et alii. Primo in Paschate, de novis spicis. Secundo in Pentecoste, de novis panibus. Tertiū in septembri, in festo Tabernaculorum, de novis fructibus. Nam illis tribus anni temporibus tenebantur omnes mares venire ad locum quem elegarat Dominus. (Deut. 16, v. 4.) De primis spicarum quo in Paschate offerabantur, intelligitur illud Levit. 23, v. 10-11: *Cum ingressueritis terram, quam ego dabo vobis, et messueritis segetem, feratis manipulos spicarum, primitas messis vestra ad*

sacerdotem, qui elevabit fasciculum coram Domino, ut acceptabile sit pro vobis, altero die sabbati, et sanctificabit illum. Ritus antea offerendi describitur Levit. 2, v. 14-15, his verbis: *Si autem obtuleris munus primarum frugum tuorum Domino de spicis adhuc virgentibus, torreis igni, et confringens in morem farris, et sic offeres primitas tuas Domino, fundens supra oleam, et thus impones, quia oblatio Domini est.* De primis panis, quae offerabantur in Pentecoste, intelligitur illud Levit. 25, v. 15 et seq.: *Numerabis ergo ab altero die sabbati, in quo oblatulis manipulatum primitarum, septem hebdomadas plena, usque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ id est, quinquaginta dies; et sic offeret sacrificium novum Domino ex omnibus habitaculis vestris, panes primitarum duos de duabus decimis similes fermentatae, quos coquitis in primis Domini, etc.* De primis novorum fructuum quo offerabantur in septembri, intelligitur illud Num. 18, v. 15: *Universa frugum initia, quas dignit lumas, et Domini deportantur, cedent in usus tuos: qui mundus est in domo tuâ, vesceris eis.* Et Deut. 18, v. 5-4... *Dabunt sacerdoti... primitas frumenti, vīna et olearia.* Et Deut. 26, v. 2-3: *Tollis de cunctis frugibus tuis primitas, et poses in cartallo, pergesque ad locum quem Dominus Deus tuus elegit.. accedesque ad sacerdotem, qui fuerit in diebus illis, etc.*

Est autem magna differentia inter haec tria genera primitarum: 1<sup>a</sup> Quia primitas in Paschate erant ex solis spicis; in Pentecoste, ex solis panibus; in septembri, ex variis terra fructibus; 2<sup>a</sup> Primitis spicarum dabatur in ipsa collectione fructum terræ, nec ulli licet quidquam comedere de novis fructibus, aut quam primitis spicarum Deo oblatæ essent. (Levit. 23, v. 14.) At primitis in Pentecoste et septembri offerabantur ex fructibus jam collectis, et domi asservatis (D. Aug. q. 32 super Numeros); 3<sup>a</sup> Primitis panis et fructum cedebant integrè in usum sacerdotum; primitis vero spicarum non integrè. Nam unus manipulus spicarum consumelatur per modum sacrificii; reliqui comedebantur a sacerdotibus.

Porro sicut primitis, sic etiam primogenitū dabatur Pontifici et sacerdotibus. (Exod. 15, v. 2, et Num. 5, v. 15.) Erant autem tria genera primogenitorum: alia lignitum, alia pecorum mundorum, alia immundorum. lignitum singula primogenita primi et tertii generis redimelandunt pretio quinque siclorum, quod dabatur sacerdotibus; primogenita secundi generis, per se illis offerabantur. (Num. cap. 18, v. 15.)

DE OBLATIS. Per oblatam generatum loquendo, intelliguntur ea quae à filiis Israel offerabantur Deo in usum sacerdotum. Erant autem triplicia. Nam quædam ex præcepto offerabantur, ut decimas, primitis, et primogenitū, de quibus jam dictum est. Alia sponte et ex merita devotione: alia deinde ex votis. De hoc duplice genere muta habentur Levit. 22, v. 18; ibid. 25, v. 58; Num. 16, v. 3, et alibi. Haec iterum erant varia. Nam quilibet, vel sponte, vel ex voto poterat offerre hostias, libamenta, panes, pecuniam, et quæ similia sunt. Id autem potissimum fiebat in tribus anni temporibus, ut supra dictum est, nempe in Pascha-

te, Pentecoste, et festo Tabernaculorum. Tunc enim tenetur omnia ad locum ubi erat templum vel area propitiatorii. (Deut. 16, v. 16.)

Ex dictis colligi potest, quād divisus fuerit sacerdos in votore Testamento pre aliis omnibus. Nam primō accipiebant decimas à duodecim tribubus Israel. Ubi notandum est, prater tribum Levi fuisse duodecim tribus filiorum Israel, nempe tribum Ruben, Simeon, Iuda, Zabulon, Issachar, Dan, Gad, Aser, Neftah, Ephraim, Manasse, Benjamin. Igū singulae haec tribus dividebant sua bona in decem partes, et unam dabant tribui Levi, reliquias novem sibi reservatis. Quo fit, ut tribus Levi multò fuerit quād extere. Nam singulae ceterarum habebant tantum novem partes; tribus autem Levi duodecim. Prater has decimas, que communies erant omib[us] in tribu Levi, sacerdotes item accipiebant decimas decimārum à Levitis; et sic non solū erant ditiones quām homines aliarum tribuum, sed etiam quām Levite. Deinde accedebant primūtia, primumgenita, oblatā; que si omnia computarentur, in magnū thesaurum ex crescere soñera erat redditus et possessiones sacerdotum.

**QUESTIO VII.** — *An sacerdos et Pontifex aliquando debetur servare continentiam ab uxoriis?* Resp. Jure divino debentur servare continentiam ab uxoriis, pro toto eo tempore quo in tabernaculo vel templo ministriabantur. Hoc testantur Scriptura et Patres. Ex Scripturis habemus aliquot testimonia. Primum Exod. 19, v. 22: *Sacerdos quoque qui accedunt ad Dominum, sanctificantur*, id est, abstineant ab uxoriis. In eo enim potissimum consistebat sanctificatio, ut patet ex eodem capite: nam v. 10 dicebat Deus ad Moysen: *Vade ad populum, et sanctifica illis hodie et cras, laetaque vestimenta sua.* Moyses autem intellexit illam sanctificationem de abstinentia ab uxoriis. Nam non accedens ad populum, et explicans illi voluntatem Dei, dixit eod. c. v. 15: *Estate parati in dies tertium, et ne appropinquabis uxoriis vestris.* Ubi notandum est, illam sanctificationem, seu abstinentiam ab uxoriis, de quā agitur citato capite, tam populo, quam sacerdotibus fuisse preceptum, sed supponeret jam autē à Deo datum esse. At non erat aliud à Deo datum, nisi quia sacerdotes obligabantur abstineat ab uxoriis, quotiescumque fungentes officio sacerdotali, seu quotiescumque aliquid sacri ministerii, sive orando, sive hostias offrendo, sive panes sanctos comedendo, pergerent. Itaque sensus Achimelech est hic: *Vobis quidem non licet comedere panes sanctificatos, sed solis sacerdotibus: si tamen viatis properas necessitatem comedere, cum aliis panes haberi non possint, necesse est, vos eā puritate et consecratio id prestare, quā sacerdotes facere consueverunt, qui abstinent ab uxoriis quotiescumque hujusmodi panes comesturi sunt:* idem ergo a vobis exigo.

Tertium testimonium. 1 Paral. 24, v. 7-8: *Exiit autem sors prima Iohorib, secunda Jedei, tercia Ilarin, etc., ubi recensentur viginti quatuor familiæ sacerdotum, qui per vices debent ministrare in dono Domini, iuxta illud Lue. 4, v. 5: Fuit.... sacerdos*

*ribus agitur, continuimus nos ab heri et nudiusterius, quando egrediebamur, et fuerunt vasa puerorum sancta. Porri via hac polluta est, sed et ipsa hodi[us] sanctificabitur in vasis.* Haec vides non licuisse comedere panem sanctum, nisi premissa sanctificatione, que in duabus consistebat. Primo à potissimum in abstinentia ab uxoriis. Secundo, in purificatione corporis, si quid macule in via contraxisset. Et certè si homines laici debent hoc modo sanctificari, multò magis sacerdotes; quippe qui ad majoram puritatem ratione statim ac offeſsi obligabantur. Quid sic ultro declaro: Duo hic precepta distinguenda sunt: *Unum, quo laici prohibebantur comedere panes sanctificatos, vel ut alios vocantur, panes propositi.* Deo Christus, Matth. 12, v. 3-4: *Non legisisti quid fecerit David, quando esurit, et qui cum eo erant: quomodo intravit in domum Dei, et panes propositiōnis comedit, quos non libebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus?* Alterum, quo jubebantur abstineat ab uxoriis, qui manducaverunt erant hujusmodi panes. De hoc questio est, quosnam obligaverunt? Aliqui putant obligasse solo laicos; ego contra obligasse etiam sacerdotes; et quidem per se primario sacerdotes. Quid tripliciter probo: Primō ex dictis, quia sacerdotes tenetur ad majorem puritatem quām laici, qui ea eūus panes propositiōnis per se pertinēbat ad solos sacerdotes: ergo etiam sanctificatione requiāta ad eūus istorum pānum per se pertinēbat ad solos sacerdotes. Unde si laici non poterant comedere hujusmodi panes, ita non tenetur se sanctificare, nisi tantum per accidens, et in causa necessitatis, quia si preceptum de abstinentia ab uxoriis perfundisset ad solos laicos, relīsset illis datum à Deo, antequā Achimelech loqueretur cum Davide, vel ab ipso Achimelech, cum iam loqueretur cum ipso: non prius, quia misquam legimus in Scripturā quid Deus dederit tale preceptum pro solis laicis, antequā Achimelech loqueretur cum Davide; nec posterius, quia Achimelech, cum dicebat Davidi: *Si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus,* non dabat novum preceptum, sed supponeret jam autē à Deo datum esse. At non erat aliud à Deo datum, nisi quia sacerdotes obligabantur abstineat ab uxoriis, quotiescumque fungentes officio sacerdotali, seu quotiescumque aliquid sacri ministerii, sive orando, sive hostias offrendo, sive panes sanctos comedendo, pergerent. Itaque sensus Achimelech est hic: *Vobis quidem non licet comedere panes sanctificatos, sed solis sacerdotibus: si tamen viatis properas necessitatem comedere, cum aliis panes haberi non possint, necesse est, vos eā puritate et consecratio id prestare, quā sacerdotes facere consueverunt, qui abstinent ab uxoriis quotiescumque hujusmodi panes comesturi sunt:* idem ergo a vobis exigo.

Quarto testimonium. 1 Paral. 24, v. 7-8: *Exiit autem sors prima Iohorib, secunda Jedei, tercia Ilarin, etc., ubi recensentur viginti quatuor familiæ sacerdotum, qui per vices debent ministrare in dono Domini, iuxta illud Lue. 4, v. 5: Fuit.... sacerdos*

*quidam nomine Zacharias, de vice Abiā. Et pauli post v. 8-9: Factum est autem, clām sacerdotio fungenter in ordine vicis suis ante Deum, secundum consuetudinem sacerdoti, sorte exiit ut incensum poneret. Constat autem sacerdotes, quando ministrabant Domino secundum vicem suam, debuisse multos dies perseverare in misterio. Nam ibid. v. 25 de Zachariā sic legimus: *Et factum est, ut impleri sunt dies officij ejus, abit in domum suam.* Plurique antores putant fuisse octo dies unicūque destinatos, nempe à sabato usq[ue] ad sabbatum, ut Josephus, Ambrosius, Theophylactus, et ali apud Maldonatum in Comment. illius loci. Et coligitur ex illo 2 Par. 25, v. 8: *Fecerunt ergo Levites, et universis Iuda iuxta omnia quae præparatae Joisā pontifex, et assumperunt singuli viros qui sub se erant, et veniebant per ordinem sabbati, cum his qui impleverant sabbatum, et egressū erant.* Igū sacerdotes per octo dies, reliquias dominis et uxoriis suis, permanebant in templo, et ibi ministriabant. Et quidem tempore sacrificii, erant in eā parte templi ubi sacrificia offerabantur. Reliquo tempore, habitabant in atrio templi, in domiciliis autē id destinatis: quo non licebat uxores introducere. Unde consequens est, debuisse a coabitatione uxorum abstineat. De qua re sic scribit Siricus Papa in epist. ad Hierosol. Taracop. episcopum, cap. 7: *Dicit mildi nunc, quisquis ille est sacerdos Rhodium, præceptorum vitiorum, si assimilat, quid in lege Moysis passim sacris ordinibus a Domino laxata sit fru[n]ta luxuria, cur ex quibus committebantur Sancta sanctorum, premonit, dicens: «Sancti estote, quia et ego sanctus sum, Dominus Deus vester? Cur etiam procul a suis dominis, anno viis sue, in templo habitate jussi sunt sacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum uxoris possent carnale exercere commercium, ut conscientia integrantes, acceptable Deo munus offerant. Quibus etiam, expletō deservitio[n]is sua temporibus, uxoris suis, solidis successio[n]is casu, fuerat relaxatus, quia non ex alia, nisi ex tribu Levi, quisquam ad Dei ministerium fuerat præceptus admitti. (Tom. 1 Concil.)**

Idem, quod ad rem attinet, sentiunt alii Patres. Hieron. lib. 1 contra Jovin., longè post medium: *Nam et in veteri lege, qui pro populo hostias offerebant, non solam in dominis suis non erant, sed purificabant ad tempus, ab uxoriis separati; et vim et sacerdotem non bibebant, quo solent libidinem provocare. Similis habet Innocentius I. Epistol. 2 ad Victricem Rhodiumensem episcopum cap. 9; et Beda in cap. 1 Luce.*

**QUESTIO VIII.** — *Quanta fuerit auctoritas Pontificis apud populum?* — Resp. Deus multis modis in veteri Testamento voluit Pontifici astrevere et conciliare auctoritatem apud populum: Primo, publica et solemnē consecratione, que præcente populo durabat per septem dies; 2 Uctione sacerdoti, quod in nullum usum profanum adhiberet poterat; 3 Ornatum Pontificis, qui gemmis pretiosis, et aurea laminatione, et intumescens auris, et malis puniceis, omnem alium ornatum, etiam regium longè superabant; 4 Magna copia redditum annorum, que quidem apud illum populum magni erat momenti; 5 Frequenti colloquio cum Deo, praesertim in rebus dubiis proponendis; 6 Varis ac illustribus miraculis. Ex his aliqua recenserebo. Primum contigit in primo sacrificio, quod Aaron obtulit in suo Pontificato. Tunc enim ignis de calo descendit, qui coram populo holocaustum devoravit. Quo miraculo ostendit Deus, se approbare sacerdotium seu Pontificatum Aaronis. Levit. 9, v. 25-24: *Apparetque gloria Domini omni multitudini: et ecce egressus ignis à Domino, devoravit holocaustum et adipes qui erant super altare.* devoravit holocaustum et adipes qui erant super altare. Quod cum vidissent turbe, laudaverunt Dominum, ruentes in facies suas. Vide simile exemplum 5 Regum 18, a 19 v. ad 40 usque. Secundum contigit in seditione Core, Dathan et Abiron, qui cum suis sociis vivi a terra absorpsi sunt, eis quod rebellionem excitatis, sentit contra primatum Moysis et Aaron. Num. 16, v. 1 et seq.: *Ecce autem Core... et Dathan atque Abiron... surrexerunt contra Moysem, dilecti filiorum Israhel ducent quinquaginta viri proceres Synagoga, et qui tempore concilii per nomina vocabantur. Cumque stolidissim aduersor Moysem et Aaron, dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo Sanctorum est, et in ipsis est Dominus: cur elevamini super populum Domini?* Et infra v. 31 et seq.: *Confestim... dirupta est terra sub pedibus eorum: et apertos os suum devoravit illos cum tabernaculis suis, et universa substantia eorum: descendenterunt que vivi in infernum. Tertium contigit in seditione populi, qui partim incendiis perire, partim per intercessionem Aaronis salvatus est. Num. 16, v. 44 et seq.: Murmuravit autem omnis multitudo filiorum Israhel sequentiis de contra Moysem et Aaron, dicens: «Vos interficis populum Domini. Cumque oriretur sedatio, et tumultus increaseret, Moyses et Aaron fugerunt ad tabernaculum foderis. Quod postquam ingressi sunt, operuit nubes, et apparuit gloria Domini. Dixitque Dominus ad Moysen: Recedito de media hujus multititudinis: etiam nubes de te eos. Cumque jacuerint in terra, dixit Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum, et hausto igne de altari, mitte incensum despicer, pergens citè ad populum, ut rogas pro eis: «Iam enim egressa est ira à Domino, et plaga devoravit. Quod eam fecisset Aaron, et cucurisset ad medium multititudinem, quam jam vestebat incendium, obtulit thymiam: et stans inter mortuos ac viventes, pro populo deprecatus est, et plaga cessavit. Fuerunt autem, qui percussi sunt, quatuordecim milia hominum et septingentis, absque his qui perirent in seditione Core. Quartum contigit circa virginem Aaronis, hoc modo: Moysi ut accepit duodecim virgas à duodecim tribus Israhel, in quibus singula notata essent singula nomina tribuum Israhel: has cum virgin Aaronis posserat in tabernaculo testimonii, et sequenti die iterum produceret; tunc enim fore ut una ex omnibus*

miraculosò floraret; et deinceps, cuius virga floruerit, tanquam legitimus Pontifex habebatur. Quod et factum est: sequenti enim die, sola virga Aaronis inventa est germinasse, et turgentibus gemmis emissee flores, qui, foliis ditatis, in amygdalas deformati videbantur. Ex quo omnes manifeste collegerunt deinceps soli Aaroni, tanquam Pontifici à Deo electo et designato, non autem sularum tribuum principibus, in rebus Deum spectantibus, obtulerunt esse. Et ne posterius id latenter, mandavit Deus ut virga Aaronis, ad perpetuam rei memoriam, in Arcu conservaretur. Ita omnia habentur Numerorum 17, per totum.

**QUESTIO IX.** — *Quae utilitas colligi possit ex dictis?* — Resp. Duplex utilitas potest colligi. Una ex parte Catholica: altera ex parte adversariorum. Nam Catholici ex iis quae dicta sunt si possumt ratificari: Noster Pontifex multò excellentius et dignior est, quam fuerit Pontifex veteris Testamenti, siue anima perfectior est quam corpus, spiritus quā littera, imago quā umbra, libertas quā servitus. Quia Iherobael, qui murmurabant contra summum Pontificem, à Deo severè puniti sunt, quid nobis sit, si similiter murmuramus? Et sanè Apostolus de hīc ipsā re nos præmonuit, 1 Cor. 10, v. 1 et seq., his verbis: *Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes more transiérunt, et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari: et omnes eandem escam spiritualē manducaverunt, et omnes eundem potum spiritualē biberunt (libebant autem de spirituī consequente eos petre: petra autem erat Christus).* Sed non in pluribus coram beneficentia est Deo: nam prostrati sunt in deserto. Hoc autem in figurā facta sunt nostri, non sicut concupiscentes malorum, sicut et illi conceperunt: neque idololatria efficiunt, sicut quidam ex ipsis; quemadmodum scriptum est: *Sedipotum manducaverunt et bibere, et surrecerunt tude: neque forniciare, sicut quidam ex ipsis fornicata sunt, et cederunt una die virginis tria militia: neque tententes Christum, sicut quidam eorum tentaverunt, et à serpibus perierunt: neque murmuraverunt, sicut quidam eorum murmuraverunt, et pererunt ab exterminate.* Hoc autem omnis in figurā contingebat illis: scripta sunt autem omnes ad correspōndēnam nostram, in quos fides seculorum devenerunt. Ex quibus verbis tria colligimus, quae maximè hīc spectant. Primum est, quod omnes Hebrews magnis beneficiis à Deo affecti fuerint. Nam omnes miraculose transiérunt mare Rubrum; omnes sub nube protecti sunt; omnes biberunt ex petra consequente. Alterum, quod multi illorum abusus sint beneplaciti sibi concessi, et ingrati in Deum extiterint; et nominatio quod aliqui murmuraverint contra Moysem et Aaron Pontificem. Tertium, quod propterea graviter à Deo puniti sunt. Hinc infert Apostolus, si nos Christiani, qui majora beneficia à Deo consequi sumus, peccemus in Deum, et nominalim, si murmuramus contra Pontificem, fore ut multò gravius à Deo puniamur. Et sic est. Maneamus ergo conjuncti cum Pontifice et episcopis; et sequanūrū consilium ejusdem

Apostoli, qui nos alibi sic hortatur: *Obedite praeceptis vestris, et subjecete eis. Ipsi enim per vigilant, quasi rationes pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, et non genentes: hoc enim non expedit vobis.* (Hobr. 13, v. 17.)

Adversarii si possunt ratificari: Certe si prudenter astimemus ea quae in veteri Testamento scripta sunt de Pontifice Iherobael, inquit agimus cum Pontifice Romano, et in multis eum accusamus, ubi innocens est. Primo, objicimus illi arroganciam, quod Pontificem maximum se appellat. Et tamen constat hunc titulum concessum fuisse in veteri Testamento, et quidam ab ipso Deo. Sicut enim legimus Levit. 21, v. 10: *Dixit Dominus ad Moysen.... Pontifex, id est, Sacerdos maximus inter fratres suos... caput suum non disciperiet.* Qui titulus frequenter reperitur in libris Machab. et in Evangelio sub hac voce, *summus Sacerdos.* Si ergo Pontifex in veteri Testamento licet usurpare hunc titulum, cur in novo non licet, præseruī cūm Pontifex in novo major et excellentior sit quam fuerit in veteri?

Secundū, objicimus illi pompam et splendorem in ornata pontificali. Et tamen scimus Pontificem in veteri Testamento, ex peculiari hīc institutione, gestasse purpuram, hyacinthum, hyssum, tintinnabula aurea, et mala punicia in sacra ueste, tiaram cum aurea laminatione in capite, duodecim gemmas in pectora, duo lapides onychinos in humeri auro inclusos. An etiam accusabimus, quia hunc tam ruram et insigne ornatum prescripsit Pontifex in Synagoga Iherobael? Dicamus potius cum Davide, Psal. 25, v. 8: *Bilexi decorem domini tuus.* Nece usurpamus illam Judaei prout vocem: *Ubi quid perditio haec?*

Tertiū, objicimus illi ipsi divitias et potentiam temporalem. Sed immerit. Nam constat Pontificem in veteri Testamento fuisse longè dīstissimum: et quidem Deo sic disponente. Accipiebas decimas à duodecim tribus Israel, decimas decimarias à Levitis, primitas, primogenita, et oblationes à toto populo. Sanè si Pontifex Romanus singulis amis acciperet decimas decimarias ab Ecclesiasticis et Religiosis; si denique primitas, primogenita et oblationes omnium fiduum, fortassis ditor eset quam modò est. Si ergo Deus in veteri Testamento voluit Pontificem hoc modo loquacitatem, cur nos similiē fortunam invideamus Pontifici in novo Testamento?

Quartū, objicimus illi nimiam auctoritatem, quā uitetur in Ecclesia Christi. In quo similes sumus Hebrews, qui etiam sumus Pontificem Aaronem hāc calamità onerabant. Sed Deus et miraculo et ultione testatus est se velle ut omnes Aaronem obdierint. Quid ergo nos volumus et molimur? Singuli superioris esse non possumus. Unum aliquem esse necesse est, qui alius presit. Si est pontifex est, quid molest illi sumus? Ninimur haec nostra cœcitas et infirmitas est, ut semper aliquid carampus. Et certum est, si abrogato Pontifice, rex aliquis vel imperator præcesset omnibus in Ecclesia, simili calumnie illum fore omnium. Igitur posthac moderatius agendum nobis est,

et si verè Christiani esse volumus, ab omni iniqui cŕminatione absinthendum.

Quinto, objicimus illi, quod gloriatur de continua serie et successione suorum antecessorum in Ecclesia Romana. At nihil culpa hic est. Nam etiam in veteri Testamento successio Pontificum acclarissimē servata est, et speciali miraculo à Deo confirmata. Voluit enim Deus successiōem Pontificum numerō in tribu Levi, et nullo modo transire in alias tribus. Et in eius rei perpetuum memoriam officiū, ut virga solius Aaronis, non autem virga sularum tribuum, repeate floresceret. Nos hic impingimus. Nam relicta legitima successione, que est in Ecclesia Romana, institutis novis ministris, qui alios ante se nullos agnoscent. In quo similes sumus Jeroboamo, qui ascidit sacerdotes, qui non erant de tribu ac successione Levi. (5 Reg. 12.)

Sexto, objicimus illi, sicut et aliis sacerdotibus, cultibum; et uirginem matrimonium. Sed profecto non alia de causa, quā ut nostram lasciviam et turpitudinem excusemus. Alioquin, si ex veteri Testamento paucanda res est, sic argumentari oportebat: Pontifex et alii sacerdotes Levitici, proper sanctificationē officiū quod gererant, tenetorū abstinerem ab usu matrimonii toto illo tempore quo in tabernaculo vel templo ministrabant: at in novo Testamento major est sanctificatio officiū sacerdotalis, et in illo officio assiduū verendum illis est. Ergo magis debent colere castitatem vita quam in veteri Testamento factum est. At nos Lutherani et Calvinistae id non facimus, quia nulla habita ratione ministerii nostri manemus in perpetuo matrimonio usi, non minus quam homines seculares: in qua re nec sacerdotess Leviticis nec Pontificis, sed nescio quae lascivos ac petulantes homines videmus imitari. Præstaret sequi consilium Apostoli 1 Cor. 7, v. 7: *Volo enim omnes vos esse sicut meipsum.* Et infra, v. 8: *Dico autem non nuptiis et viridiis: Bonum est illis, si sic permaneant, sicut et ego.* Et rationem adjungit, 52-53: *Qui sine uxore est, sollicitus est quae Domini sunt, quomodo placet Deo: qui autem cum uxore est, sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placet uxori, et diuisis est. Hoc saluterrimum documentum nos contemnumus.*

Sepultū, objicimus illi, quod tam ipse, quam alii episcopi et sacerdotes, solemni ritu unguenti et consecrarentur: et per contemptum solemnum appellarunt eos; sed parum prudenter: nam constat Deum in veteri Testamento præcepisse, ut Pontifex in capite ungatur olio sancte unctionis: et similiter, ut tam Pontifex quām sacerdotiles, et eorum vestimenta, sanguine et oleo aspergerentur. Et quācumq; huiusmodi ceremonie, que in veteri Testamento servata sunt, non necessario servari debent in novo, tamen cum à Deo introducte et approbatæ fuerint, male esse non possunt. Cur ergo vel easdem, vel similes usurpari non licet, si bono fine et intentione adhibentur? Alioquin quid dicemus de unctione regum et imperatorum in novo Testamento? An et illa repudianda est? Nemo hoc dixerit. At si illam retinere fas est, cur in

## CAPUT VIII.

## DE MINISTRIS SYNAGOGÆ EXTRAORDINARIIS QUI ERANT PROPHETÆ.

Duplices erant prophetæ in veteri Testamento: aliqui veri, qui à Deo mittebantur; alii falsi, qui à Deo non mittebantur. Priorē vel vocabantur prophetæ absolute, vel prophetae Domini, vel Videentes. Postiores, vel pseudoprophetæ, vel prophetae Baal, vel prophetae lucorum. Quibus annumerandæ sunt Pythones. De his omnibus dicam hoc ordine: 1 Quinam fuerint veri prophetæ in veteri Testamento? 2 Quod fuerit illorum officium? 3 Quomodo probaverint se à Deo missos? 4 An omnes de Christo prophetaverint? 5 Quis illorum fuerit precipuus, Moyses, au Joannes Baptista? 6 Quomodo intelligendum sit, quod Christus ait in Evangelio: *Omnes prophetæ usque ad Joannem?* 7 Quomodo verum sit, omnes prophetæ Hierosolymis occisos esse? 8 Quinam fuerint falsi prophetæ? 9 Quomodo veri à falsis discernentur? 10 Quid de Pythones sentiendum? 11 An etiam in novo Testamento sint veri et falsi prophetæ?

**QUESTIO PRIMA.** — *Quinam fuerint veri prophetæ in veteri Testamento?* — Respondeo. Hi fuerint praecipiū: 1. Moyses. Num. 12, v. 7; et Deut. 34, v. 10. 2. Josue. Eccles. 46, v. 1. 3. Samuel 1 Reg. 9, v. 6. 4. David. 5. Gad 4 Reg. 22, v. 5. 6. Nathan. 2 Reg. 7, v. 2; et 2 Par. 9, v. 29. 7. Ahias Silonites. 3 Reg. 11, v. 59; et 2 Paral. 9, v. 29. 8. Addo. 2 Paral. 9, v. 29. 9. Michæas, filius Jenai. 5 Reg. 22, v. 8. 10. Elias Thosibites. 3 Reg. 17, v. 1. 11. Eliases. 5 Reg. 10, v. 16.

Deinde quatuor illi, qui vocantur majores Prophetæ, quorum nomina sunt haec: 1<sup>a</sup> Isaías, filius Amos; 2<sup>a</sup> Jeremias, filius Beleaz, de sacerdotibus qui fuerunt in Anatholu; 3<sup>a</sup> Ezechiel, filius Buzi, sacerdos; 4<sup>a</sup> Daniel, qui ei Balhasar. Et alii duodecim, qui vocantur minores prophetæ, ut Osee, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas Morashites, Nahum, Habacuc, Sophronius, Agges, Zacharias, Malachias. Quibus adi possunt tres alii, qui vixerint sub finem veteris et initium novi Testamento. Primus, Joannes Baptista, de quo dictum est Luc. 1, v. 76: *Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis.* Secundus, Zacharias pater Joannis Baptista, de quo ibidem, v. 67-68: *Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto: et propheta dicens: Benedictus.* etc. Tertius Simeon, de quo Luca 2, v. 26: *Et respondens accepit a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini.* P̄teres filii Thecue (4 Reg. 22, v. 14); Elizabeth, mater